Nomine et in persona Eminentissimi ac Rendmi Dni Michaëlis Friderici S. R. E. Principi Presbyteri Cardinalis ab Altham Episcopi Vaciensis Egregius Joannes Baichy ejusdem in Iuridicis Plenipotentiarius et V. Consistorij Vaciensis Jurati Notarius per formam solemnis Protestationis detegeret sequentibus: Qualiter esto quod Incolae Catholici in Oppido Vadkerty degentes ex permissione Consistoriali certam Ecclesiolam in medio ipsius Oppidi erigere coepissent, jamque muros ejusdem etiam ad notabilem quantitatem erigi fecissent: Accatholici tamen ejusdem Oppidi Inhabitatores Helveticae Confessioni addicti nescitur quibus ducti considerationibus hisce ita praeteritis evolutis diebus citra scitum et annuentiam sive ipsius Dioecesani, sive vero ejusdem Generalis Vicarij, aut Consistorij Episcopalis in contemptum et opprobrium tanti aliud Sacro Judicio supponi vix posset Orthodoxae Fidei Romano Catholicae addictorum eandem Ecclesiolam jam pie aedificari coeptam copiosis curribus concurrentes funditus demolierunt, et lateres exinde congestos in curribus collocarunt taliterque extradictum Oppidum in quendam abstractum locum exportarunt. Cum fine ne Judicium Emi Dni Cardinalis et Episcopi praetereat ne in declaratum actum consentire videatur solemniter Protestaretur, et contradiceret, reservaretque facultatem Emo Principali praemissa suis vijs et modis vindicandi; quae quidem praemissa licet occasione hesterna sessionis vertente mihi proposita sint: nihilominus tamen siquidem Egregius Baichy

Protestans

7

Excellmi ac Illmi Dni Comitis Alexandri Karolyi Sacri
Romani Congregationum Inspectoris, coram hac Inclyta
Universitate declarabit eundem Excellmum Dnm Comitem
ibidem Comitatus, gratum tum ob metum ignis alias in
loco commodum exortum valeat, tum vero quod Incolas
catholicos eiusdem oppidi Lemet obligarint proprio ex
pensis et fatigijs mentionatam pro statu Catholico &c.
lectiam ex materia solida in loco competenti, et a contigua-
tate Domorum remotiori, adeoq; a metu quoq; ignis secu-
rori Aedificare debeant, super quo Reversales quoque de
se dedissent ac etiam tradidissent eandem Responsum, quam et Lau-
dabilis Protestativum Synthecolo hujus Actus Ins
Lem fidei desuper Testimoniales Extradari cupiret.

Ferdinandus Stumpf de Wallbach, Testis ex ma-
dubung. ex Hottau Congrandsen Die 4ta
Mendap. Oct. 1724 Hetzdorf celebrat
Per Curiam Quod Testis
Franciscus Hetzdorf

Ex Regesto Oto

A: Bronsitio